Quelle:
Copyright:

imperabatur demonibus et combusserunt libros suos ante pedes Pauli. Hec in scholastica historia super actuum.

Sequentia novem folia scriptura vacant.

2. f. 161[a]—211[b]. Nicolai de Dinkelspihl Sermones undecim de dilectione Dei et proximi et de caritate. Incip.: *Scribitur Math. 22. Quod cum quidam legis doctor interrogasset dominum dicens.* Explic.: *Ad quam nos viriliter tendere et feliciter pervenire faciat omnipotens Deus, qui in trinitate perfecta vivit et regnat unus Deus. Amen.*

3. f. 211[b]—214[a]. Nicolai de Dinkelspihl Sermones de decalogo. Incip.: *Preter precepta legis nature communia.* Explic.: *Quod etiam nobis largire dignetur Jesus Christus, dominus noster.*

4. f. 214[a]—263[b]. Nicolai de Dinkelspihl Sermones de praeceptis. Incip.: *Postquam cepi vobis loqui de divinis preceptis, intervenit festum beati Jacobi apostoli.* Explic.: *Digna premio glorie sempiterne, ad quam nos perducere dignetur sancta trinitas. Pater et filius et spiritus sanctus, cui est honor et gloria et potestas per infinita secula seculorum. Amen.*

Sequentia sex folia non signata scriptura vacant.

Kropf l. c. p. 172, 174, 178 sq.

-1874-

92. [B. 60.]

Codex chart. saec. XV. Fol. 1—344 manu coaevi signat. Primum et ultimum folium pergam. (non signat.) continent orationes in variis dominicis et festis, in interiori parte tegumenti est index contentorum. Excepto primo tractatu codex duabus columnis scriptus est. In Folio.

1. f. 1—167. Nicolai de Dinkelspihl Sermones de passione domini et multi alii de tempore. Incip.: *Cum appropinquasset Jesus Jherosolimis et venisset betphage ad montem oliveti.* Explic.: *Pro quibus se salvari putaret.* In fine: *Et sic est finis. Amen.*

Kropf l. c. p. 178, 180.

Fol. 168 scriptura vacat.

2. f. 169—197. Joannis Nyder Tractatus de eruditione confessorum. Incip.: *Quoniam juxta b. Gregorii in suo pastorali suarum regimen animarum.* Explic.: *Ad suam habente potestatem alienam.*

Hic aliqua desunt. In fine notula: »Hic est defectus, sed in libraria invenitur.«

Fol. 198—213 scriptura vacant.

3. f. 214—324[a]. Antonii de Parma Postilla dominica seu sermones de tempore. Incip.: *Cum appropinquaret Jesus Jerosolymam. Math. xxj.*